

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quemadmodum eos per Marianum Notarium exceperit: & de eius in  
pauperes munificentia & donis collatis in templo. Cap. XLIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

ruditione præcipui credebantur medij inter alios collati enituerunt. Præterea omnis Syria & Mesopotamia, Phœnicia, Arabia, Palæstina, AEGyptus etiam & Africa, & Thebanæ gentis episcopi magnificum illum Dei cœtum simul omnes implebant: quos innumerabilis pœne ex omnibus prouinciis multitudo sequebatur. Hisce verò omnibus præsto fuerunt certi ministri. Nam ex ipsa curia delegati erant spectata probitate viri, qui imperatoriis sumptibus celebritatem hanc illustrarent.

*Quemadmodum eos per Marianum Notarium excepterit  
& de eius in pauperes munificentia & do-  
nis collatis in templo.*

CAP. XLIII.

**S**ED horum facile princeps Marianus fide & prudentia vel ipfi imperatori perquam necessarius: cui quod sa- crarum scripturarum singularem usum haberet, & pro fessione veræ religionis duris illis tyrannorum temporibus clarus euaserat: non sine causa rerum istarum disposi tio data est. Is vero se imperatoris voluntati castissimum & integerrimum ministrum præbens: cum grata quadam & suau humilitate, tum splendidis coniuiciis & latis com potationibus cœtum illum honorifice tractabat. Iam pau perum nudis corporibus & ceterorum cum virorum tum foeminarum infinitæ penè multitudini, in summa victus inopia & reliquarum oportunitatum egestate positæ, prolixè & abundanter pecunias & vestes largitus est. Tem plu m verò omne magnificis regisque donis ornauerat. Atque hic quidem hoc genere officij perfunctus est.

*Episcoporum qui conuenerant orationes, & ipsius  
etiam Eusebii qui hec scripsit.*

CAP. XLV.

**I**NTEREA sacerdotes & precibus & disputationibus hanc celebritatem ornabant. Iam alii diuini regis præclaram in Seruatorem benigitatem prædicabant: Simul etiam oratione persequebantur summam sacræ Martyrum

Pp 4 adis